



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

IX. De Descensv Christi Ad Inferos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

dant, & intellectū suum in Christi obedientiam cantuent. Inde autē dulcissimam & firmissimam consolationem petant, atq; sibi perpetuō gratulentur, quōd caro nostra & sanguis noster in Christo in tantam sublimitatem, ad dexteram Maiestatis, & omnipotentis virtutis Dei sit. collocata. Sic in omnibus aduersis inueniemus, quo nos solidē consolemur, & ab omnibus pernitiosis erroribus præseruemur.

## IX.

## DE DESCENSV. CHRISTI AD INFEROS.

ONSTAT, hunc fidei nostrae articulum de descensu Christi ad inferos non modò à quibusdā recentioribus, verū etiam olim ab Orthodoxis veteribus Ecclesiæ Doctoribus non propositus eodem modo explicatum esse. Nos igitur tutissimum iudicamus, si simplicitatem fidei nostræ in symbolo comprehensam retineamus: ad quam D. Lutherus pia sua concione, in arce Torgensi Anno Domini 1533. de Christi ad inferos descensu habita, remisit. Vbi confitemur, q; credamus in Iesu Christu m Domini nostrum, filium Dei, qui mortuus, sepultus est, & ad inferos descendit: in qua Confessione videmus, sepulturam & descensum Christi ad inferos, tanquam diuersos articulos distingui. Simpliciter igitur credimus, quod tota persona, Deus & homo, post sepulturam, ad inferos descenderit, Saranam dereliquerit, potestate inferorum euerterit, & Diabolo omnipotentem & potentiam eripuerit. Quomodo vero Christus id efficerit, non est, ut argutis & sublimibus imaginationibus lcretemur. Hic enim articulus nostra magis ratione humana & sensibus comprehendendi potest, quam prior, quomodo Christus ad dexteram Omnipotentis

virtut-

virtutis & Majestatis Dei sit collēcatus: In his ergo mysterijs fides dunt axat est adhibenda, & verbum Dei firmo assentu retinendum est: sic solidam doctrinam, & veram consolationem (quod videlicet neq; Satan neq; ipsi inferi nos, omnesq; alios in Christum credentes, in potestatem suam redigere aut nobis nocere valeant) ex hoc articulo hauriemus.

## X.

## DE CEREMONIIS ECCL<sup>E</sup>SIASTICIS, QV<sup>A</sup>E VVL<sup>G</sup>O Adiaphora seu res mediæ & in-

differentes vocantur.



RVM est etiam inter quosdam Augustanæ Confessionis Theologos dissidium, de ceremoniis Ecclesiasticis, quæ verbo Dei neq; mandatae, neq; prohibitæ sunt: sed bono consilio propter cœtu<sup>m</sup> & ordinem, aut ad conservandam piam disciplinam in Ecclesia usurpatæ. Una pars tenet, quod persecutionis tempore (quando confessio fidei edenda est) etiam si aduersarij Euangelij in doctrina nobiscum non consentiant, tamen sana & salua conscientia liceat, quasdam dudum abrogatas ceremonias (quæ per se adiaphoræ, & à Deo neque præceptæ neque prohibitæ sunt) postulantibus id & urgentibus aduersarijs restituere, & hoc modo cum ijs, in rebus illis per se adiaphoris conformem quandam rationem instituere posse. Altera vero pars contendit, quod persecutionis tempore (quando confessio fidei requiritur) aduersarijs illæsa conscientia, & sine iactura veritatis coelestis, restitutione rerum adiaphorarum gratificari non possimus: præsertim, quando aduersarij hoc agunt, ut aut vi manifesta, aut